Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium missae - Cod. Schwarzach 1

[s.l.], [10./11. Jahrh.]

In vigila ascensionis domini

urn:nbn:de:bsz:31-183777

Visual Library

similis nobis passibilis. & oratione orauit ut non plueret super terram. &
non pluit annos tres & menses sex. Et rursum orauit. & caelum dedit plu
uiam. & terra dedit fructum suum. Si quis autem errauerit ex uobis a ue
ritate & conuerterit quis eum. scire debet quoniam qui conuerti fecerit pec
catorem ab errore uiae suae. saluabit animam eius a morte. Et ope
rit multitudinem peccatorum. SECUNDUM LUCAM
In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Quis uestrum habebit amicum
& ibit ad illum media nocte & dicet illi. Amice commoda mihi tres
panes quoniam amicus meus uenit de uia ad me. & non habeo quod ponam ante
illum. Et ille de intus respondens dicat. Noli mihi molestus esse. iam
ostium meum clausum est & pueri mei mecum sunt in cubili. non possum surgere
& dare tibi. Et ille si perseuerauerit pulsans. dico uobis & si non dabit illi sur
gens eo quod amicus eius sit. propter improbitatem tamen eius surget & dabit il
li quotquot habet necessarios. Et ego uobis dico. petite & dabitur uobis.
Quaerite & inuenietis. pulsate & aperietur uobis. Omnis enim qui petit ac
cipit. & qui quaerit inuenit. & pulsanti aperietur. Quis autem ex uo
bis patrem petit panem. numquid lapidem dabit illi? Aut piscem. numquid
pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum. numquid porriget
illi scorpionem? Si ergo uos cum sitis mali. nostis bona data dare fili
is uestris. Quanto magis pater uester de caelo. dabit spiritum bonum petentibus se.
IN UIGL. ASCENS. DNI. LEC. EPL. BEATI PAULI APLI
FRS. Unicuique nostrum data est gratia secundum AD EPHESIOS
mensuram donationis christi. Propter quod dicit. Ascendens in altum. captiuam
duxit captiuitatem dedit dona hominibus. Quod autem ascendit quid est.
nisi quia & descendit primum in inferiores partes terrae. Qui descen

dit. ipse est & qui ascendit sup omīs caelos. ut impleret omīa. Et ipse
dedit quosdā quidē aplōs. quosdā autē pphētas. Alios uero euange
listas. alios autē pastores & doctores. ad cōsūmationē scōrū in opus
ministerii. in aedificationē corporis xpi. Donec occurramus omīs
in unitatē fidei & agnitionis filii dī. In uirū pfectū. in mensurā
aetatis. plenitudinis xpi. SECUND IOHANN.
In illo tēpr. Sublevatis oculis ihc in caelū. dixit. Pater uenit
hora clarifica filiū tuū. ut filius tuus clarificet te. Sicut dedis
ti ei potestatē omīs carnis. ut omne qd dedisti ei. det eis uitā aeter
nā. Haec ē autē uita aeterna. ut cognoscant te solū uerū dm̄. &
quē misisti ihm̄ xpm̄. Ego te clarificaui sup trā. opus cōsummaui
qd dedisti mihi ut faciā. Et nunc clarifica me tu pat. apud te
met ipsū. claritate quā habui priusquā mundus esset apud te.
Manifestaui nomē tuū hominibus. quos dedisti mihi de mundo. Tui
erant & mihi eos dedisti. & sermonē tuū seruauer. Nunc cognouer
quia omīa quae dedisti mihi abs te sunt. quia uerba quae dedisti mi
hi dedi eis. & ipsi acceper & cognouer uere quia a te exiui. & credi
der quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. n̄ pro mundo rogo. sed pro his quos
dedisti mihi quia tui sunt. Et mea omīa tua s. & tua mea sunt. & cla
rificatus sū in eis. Et iam non sū in mundo. & hi in mundo s. & ego ad
te uenio. IN DIE ASCENS DNI. LEC ACTUUM
Primum quidē sermonē feci de omnibus APLORUM.
o theophile quae coepit ihc facere & docere. usq; in diē qua pcipi
ens aplis p sp̄m scm̄ quos elegit assumptus ē. Quibus & pbuit se ipsum uiuū
post passionē suā in multis argumtis p dies quadraginta appa

rensis & loquens de regno dei. Et conuescens praecepit eis ab hierusolimis ne discederent. sed expectarent promissionem patris. quam audistis inquit per os meum. Quia iohannes quidem baptizauit aqua. uos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Igitur qui conuenerant. interrogabant eum dicentes. Domine si in tempore hoc restitues regnum israhel. Dixit autem eis. Non est uestrum nosse tempora uel momenta quae pater posuit in sua potestate. sed accipietis uirtutem superuenientis spiritus sancti in uos. Et eritis mihi testes in hierusalem & in omni iudea & samaria. & usque ad ultimum terrae. Et cum haec dixisset uidentibus illis eleuatus est. & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in caelum euntem illum. ecce duo uiri adstiterunt iuxta illos in uestibus albis. qui & dixerunt. Uiri galilei quid statis aspicientes in caelum. Hic ihesus qui adsumptus est a uobis in caelum. sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in caelum.

SEQ. SCI EUAG. SEC. MARCU.

In illo tempore. Recumbentibus undecim discipulis. apparuit illis ihesus & exprobrauit incredulitatem illorum & duritiam cordis. Quia his qui uiderant eum resurrexisse non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundum uniuersum. praedicate euangelium omni creaturae. Qui crediderit & baptizatus fuerit. saluus erit. Qui uero non crediderit condempnabitur. Signa autem eos qui crediderint haec sequentur. In nomine meo demonia eicient. linguis loquentur nouis. serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint. non eos nocebit. Super aegros manus inponent & bene habebunt. Et dominus quidem ihesus postquam locutus est eis. adsumptus est in caelum. & sedet a dextris dei. Illi autem profecti. praedicauerunt ubique. Domino cooperante & ser

mone confirmante sequentibus signis. DOM. POST ASC
SIO DNI. LEC EPL BEATI PETRI APLI.

K mi. Estote prudentes & uigilate in orationibus. Ante omnia
autem mutuam in uobis met ipsis caritatem continuam habentes quia
caritas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicem sine
murmuratione. Unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum
illam administrantes. sicut boni dispensatores multiformis gra
tiae di. Si quis loquitur quasi sermones di. Si quis ministrat.
tamquam ex uirtute quam administrat ds. Ut in omnibus honorifi
cetur ds. per ihm xpm dnm nrm. SECUNDUM IOHANN

I n illo tempore. Dixit ihs discipulis suis. Cum uenerit paraclytus quem
ego mittam uobis a patre spm ueritatis qui a patre procedit. ille
testimonium perhibebit de me. Et uos testimonium perhibebitis quia ab i
nitio mecum estis. Haec locutus sum uobis ut non scandalizemini absque
synagogis facient uos. Sed uenit hora ut omnis qui interficit uos.
arbitretur obsequium se praestare do. Et haec facient uobis quia non
nouerunt patrem neque me. Sed haec locutus sum uobis ut cum uenerit ho
rae eorum reminiscamini quia ego dixi uobis. FR. VI. SEC LUCAM

I n illo tempore. Dixit ihs discipulis suis. Ecce ego mittam promissum patris mei
in uos. Uos autem sedete in ciuitate quousque induamini uirtute ex al
to. Eduxit autem eos foras in bethania & eleuatis manibus suis bene
dixit eos. Et factum est dum benediceret illis recessit ab eis & ferebatur in
celum. Et ipsi adorantes regressi sunt in hierusalem cum gaudio magno.
E rant semper in templo laudantes & benedicentes dm. IN SAB
PENTECOSTE. LECTIO ACTUUM APOSTOLORUM.